ADDITIONES.

a QVando feudum finitur delicto.] Feu-
1 dū vaſalli†culpa, ſiue delicto amiſſum ad quem pertineat, poſt Clarum noſtrum, latiſſime, & accuratiſſime explicant Hartman. Piſtor. lib. 2. quæſt. 15. & 16. Sosbeccius. in Commentar. ad vſus feud. q. 13. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 11. nu. 69. & ſeqq. Borcolt. in Comment. in conſuet. feud. c. 8. nu. 150. cum ſeqq. D. Bocer. claſſ. 5. diſp. 20. th. 140. & ſeqq. Henricus à Roſenthal. in tract. iuris feud. c. 11. concl. 1. & aliquot ſeqq. alijq; plurimi per eum recenſiti. *Harprec.*

b *Vel alienatione.*] Cui
2 feudum ob alienationē à vaſallo illicite factam commiſſum cedat, poſt Clarum noſtrū hic nu. 7. & ab eo relatos, abunde declarant Ioan. Borcholt. d. cap. 8. nu. 142. cum ſeqq. Hartman. Piſtor. d. lib. 2. quæſt. 17. Gail. lib. 2. obſer. 50 nu. 11. & 12. Vulteius dict. cap. 11. num. 74. & ſeqq. Roſenthal. dict. tractar. feud. cap. 9. membr. 2. concl. 64. & multis ſeqq. aliique innumeri ab eo congeſti. *Harprec.*

QVÆST. LXVII.

1 *QVæro, quando vaſallus priuatur feudo, cui aperiatur ipſum feudum, ſcilicet an Domino, vel agnatis? Reſpondeo: Debes ſcire, quod quattuor modis principaliter feuda finiuntur, ſcilicet morte vaſalli, ſiue fine lineæ; renunciatione, delicto, & alienatione. Si feudum finitur morte vaſalli, quia ſcilicet eius linea, ſeu progenies in ipſo deficiat, nulli dubium eſt, quod aperitur domino. An autem agnati proximiores vaſalli defuncti poſſint petere ſe de ipſo feudo inueſtiri, dixi infra quæſtione 87. Si finitur renunciatione vaſalli, cui eo caſu feudum aperiatur, dixi ſupra quæſtione 34. Reſtat ergo, vt videamus, quando feu-*
a *dum* [a] *finitnr delicto, vel* [b] *alie-*
b *natione, cui applicetur? Et hoc caſu, ſecundum Doctores diſtinguendum eſt inter ſpecies delicti. Nam ſi culpa, aut delictum propter quod vaſallus priuatur feudo, eſt tale, quod de directo offendat dominum, tunc feudū reuertitur ad ipſum dominum excluſis filijs, vel agnatis ipſius vaſalli delinquentis.*

4 *Et hęc quidem concluſio de plano procedit, quando feudum eſt nouum. Nam hoc caſu proculdubio aperitur domino, excluſis agnatis, & deſcendentibus ipſius vaſalli. Et in hoc conſentiunt omnes Doctores, vt dicit Aluarottus in capitulo primo, §. denique, poſt numerum 8. verſic. Et prima concluſio, quæ fue. cauſa benef. amitt. Et dicit Iacobin. de feud. in verbo, Dictique vaſalli, el primo, numero 58. quod hanc concluſionem communiter ſequuntur Doctores. Dicit etiam Curtius Iunior de feudis, in quinta parte, in prima concluſione, quod in feudo nouo hæc concluſio eſt per omnes indifferenter approbata, quem refert Pariſ. conſilio 1 numero 17. libro 1.*

3 *Sed ſi feudum ſit antiquum, tunc ſi quæratur de filijs, aut deſcendentibus ipſius vaſalli delinquentis, ferè omnes in hoc conueniunt, quod eis excluſis, feudum reuertatur ad dominum, & eſt magis communis opinio, vt atteſtatur Alex. in conſil. 30. numero 4. libro ſexto, quod eſt duplicatum conſil. 60. lib. 3. Sed in agnatis collateralibus vaſalli delinquentis Doctores ſunt varij. Nam multi tenuerunt, quod hoc caſn feudum non aperiatur domino, ſed agnatis. Et ita tenuit Andr. de Iſern. in dict. §. denique. Multi verò tenuerunt contrarium, quod ſcilicet etiam huiuſmodi feudum, hoc caſu aperiatur Domino, non agnatis. Et hæc eſt communis concluſio, vt atteſtatur Curt. Iun. in d. 1. concluſione, quem refert Gratus conſil. 2. numero 5. libro primo. Hanc etiam eſſe communem, & verā doctrinam affirmat Ioan. de Anan. conſil. 32. num. 5. Dec. conſil. 44. numer. 30. Goz. ad. conſ. 84. nu. 3. Hanc tamen opin. mihi nunquam placuit. Videtur enim iniquum, quod vaſallus poſſit delinquendo excludere agnatos à feudo eis debito virtute primæ inueſtituræ, abſque aliquo eorum facto, aut culpa. Nihilo minus in practica fortè propter auctoritatem Doctorum illam obtineret.*

4 *Sed in omnem caſum iſta concluſio non haberet locum, quando tale feudum ita eſſet conceſſum: Titio, & eius hæredibus, de vno ad alterum reuertēdo, vel Titio, Seio, & Caio, omnibus principaliter, vel in ſolidum, vel attentis meritis ſingulorum: nam his caſibus, ex quo vnuſquiſque de per ſe principaliter conſideratur, vnius culpa alijs non nocet. Ita ſenſit Bald. in d. §. denique, numero primo, quem poſt omnes ſequuntur, vt ait Iacob. in d. verbo, Dictique vaſalli poſt numerum 58. verſ. Quarto limitabis, & poſt eum dicit Zaſ. de feud. in 10. parte, in 2. part. concluſione quarta, verſiculo Tertio fallit. Quod hanc doctrinam tenent communiter Doctores.*

Aut verò vaſallus priuatur feudo ex alio delicto, vel culpa, non concernente directo perſonam domini, & hoc caſu ſi feudum eſt nouum, applicatur domino, & in hoc nemo diſcrepat, vt dicit Curt. Iun. in dicta quinta parte, in ſecunda concluſione. Si verò eſt antiquum, reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. Ita tenent Andr. de Iſern. in dicto §. denique. Et iſta concluſio eſt per omnes approbata, vt dicit Curtius Iunior in dicta quinta parte, in tertia concluſione. Hanc etiam eſſe communem opinio. atteſtatur Alexan. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. colum. 15. ff. de damno infect. prout illum refert Dec. conſilio 253. poſt num. 6. Licet ego non reperiam Alexand. ibi hoc atteſtantem. Ita etiam dicit communiter teneri Præpoſitus in dicto cap. 1. §. penultimo. quē refert Zaſ. de feud. in dicta decima parte, in 2. particula, in 5. concluſ.

6 *Sed quæro, an hoc caſu aperiatur omnibus agnatis indiſtinctè? Reſpon. quod non, ſed excluduntur filij, & omnes aſcendentes, item etiam tranſuerſales agnati intra quartum gradum. Ita tenet Iacob. de Beluiſ. in capit. 1. §. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. fuer. controuerſ. Et eſt communis opinio, vt dicit Ruin. conſilio 23. ntmero 32. libro quinto. Quæ opinio mihi ſemper viſa fuit dura, vt dixi ſupra verſicul. Sed ſi feudum. Tamen præſuppoſito, quod ſit vera, recipit vnam ſingularem limitationem, vt ſcilicet non ptocedat, niſi in ſuo ſimpliciter recepto, quod aliqui appellant informe, puta, concedo tibi hoc caſtrum in feudum. Secus autem ſi feudum fuiſſet receptum à patre, vel auo ipſius delinquentis expreſſe pro ſe, & liberis, vel pro ſe, & filijs, vel huiuſmodi. Nam eo caſu admittuntur indiſtinctè omnes agnati, & filij ipſius delinquentis. Ita tenet Cynus in l. 2. C. de liber. & eorum liber. quem in hoc ceteri Scribentes ſequuntur, vt dicit Alexand. in dicto §. de vectigalibus, numero 29.*

7 *Sed quid ſi vaſallus cadat à feudo, eo quia ipſum feudum irrequiſito domino alienauerit, nunquid hoc caſu feudum deuoluetur ad dominum, an autem ad agnatos? Reſpondeo in hoc articulo, variæ fuerunt Doctorum opiniones. Nam aliqui ſimpliciter dicunt, quod defertur domino, non autem filijs, vel agnatis. Et hanc opinionem dicit eſſe magis communem Aretin. conſilio 14. poſt numerum 11. verſiculo venio ad ſecundum, quem refert Socin. Iun. conſilio 77. numero 139. libro primo. Alij verò diſtinguunt inter filios, & agnatos, & dicunt quod factū vaſalli alienantis irrequiſito domino nocet filijs, ſed non nocet alijs agnatis. Et hanc opin. dicit eſſe cōmunem Ruin. conſ. 14. n. 16. lib. 1. & conſ. 11. nu. 10. lib. 4. Alij verò aliter diſtinguunt, ſcilicet inter feudum nouum, & feudum antiquum, & dicunt, quod ſi feudum eſt nouū, reuertitur ad dominum: ſi verò antiquum, reuertitur ad agnatos. Et hanc opin. dicit Curt. iun. in d. 5. parte, in 4. concluſ. quod tenent gloſſ. in capit. 1. §.*

hoc

hoc quoque. de ſucceſſ. feudi. quam dicit eſſe per omnes approbatam. Et hæc quidem diſtinctio ſatis bona ratione ſuſtinetur. Nam in feudo nouo ex quacunque cauſa vaſallus eo priuetur, etiamſi non concernat iniuriam domini, tamen ipſum feudum ſemper ad dominum reuertitur, excluſis deſcendentibus, & agnatis omnibus. Et hæc eſt clara, & expedita concluſio, vt dicit Curt. iun. in dicta quinta parte, in 2. concluſione, ſubdens, quod ab ea nullum inuenit diſcrepantem. Pro qua facit concluſio Andr. de. Iſern. de qua ſupra pluries facta eſt mentio, maxime in quæſt. 41. verſ. Et hæc quidem, quod ſcilicet de feudo nouo poteſt vaſallus ad ſui l.bitum diſponere in præiudicium agnatorum. Ergo, & delinquendo, vel alienando, poterit eis præiudicare. Secus autem eſt in feudo antiquo, in quo vaſallus non poteſt agnatis alienando, aut delinquendo præiudicare, vt dixi ſupra. Ideò ſi illud alienet, nō domino, ſed ipſius agnatis deferri debet. Et hanc opi. quod ſcilicet deferatur agnatis, nō autem domino, quam (ut dixi) tenuit glo. in d §. hoc quoque. dicit eſſe veram, & magis communem Bald. in d. cap. 1. §. denique, quæ fue. pri. cauſa benef. amit. prout illum refert Ruin. conſ. 166. nu. 5. lib. 1. Ego tamen non reperio Baldum ibi atteſtari de communi, licet dicat, quod hæc opinio vera eſt. Hanc etiam opin. dicit eſſe magis communem Ioan. Rayn. in c. Imperialem, §. pœna. de prohib. feud. alien. per Frider. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et cum pacto de non alien. num. 30. Alex. conſ. 30. num. 17. in fin. lib. 1. quod eſt duplicatum conſ. 2. in 5. vol. quem refert Ruin. conſ. 7. num. 12. lib. 1. & conſ. 45. num. 19. eod. volum. Curt. iun. in d. 4. concluſione, in fin. verb. Ruin. conſ. 2. poſt. nu. 2. lib. 1. Zaſ. de feud. in 10. parte, in 2. particula, verſic. Quarta concluſio, vbi dicit, quod ita communiter tenetur. Et hæc concluſio nedum habet locom, ſi talis alienatio facta ſit per vaſallum in actu inter viuos, ſed etiam ſi facta ſit per viam legati. Et ita hanc opin. dicit eſſe magis communem Alex. in d. conſ. 30. num. 17. Hanc etiam opin. quod ſcilicet deferatur agnatis, ſequitur Socin. iun. conſil. 112. num. 2. dicens, iſtam eſſe communem, & veriſſimam concluſionem, quod feudum antiquum alienatum per vaſallum ſine cōſenſu domini, nō ipſi domino aperiatur, ſed filijs, aut agnatis ipſius vaſalli, vt ſic ipſi ſaltem poſt mortem alienantis poſſint illud recuperare. Quam concluſionem atteſtatur eſſe magis communiter approbatam idem Soc. iun. in. d. conſ. 77. nu. 121. lib. 1. & conſ. 101. nu. 6. lib. 2.

Ego alias in illa cauſa, de qua ſupra mentionem feci, conſului, quod indinſtinctè, & ex quacūq; culpa vaſallus feudo priuetur, tam alienationis, quam feloniæ, vel alia, ſi feudum eſt tale, de quo vaſallus poſſit libere diſponere in prœiudiciū agnatorum, ſemper feudnm aperitur domino, non autem filijs, vel agnatis. Si vero vaſallus non poteſt de feudo in præiudicium agnatorum diſponere, nunquam feudum aperitur domino, ſed ipſius agnatis, quibus iam ex tenore inueſtituræ erat ius quæſitum. Neque ſcio videri aliquam bonam rationem differentiæ, cur qui nō poteſt mihi preiudicare alienando, etiam cum conſenſu domini, debeat poſſe mihi præiudicare alienando, ſine eius conſenſu, vel aliter delinquendo: & tex. in §. denique. poſſet euitari tenēdo, quod procedat ſolummodo in feudo antiquo informi, ſcilicet conceſſo ſimpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, aut deſcendentium. Secus autem in feudo antiquo, quod eſſet expreſſe ex pacto, & 2
prouidentia. Et hæc opin. iudicio meo eſt verior, & æquior, licet forte propter commun. opin. Doct. difficile eßet illam ſuſtinere in practica.

Non omitto etiam, quod eſt vnus caſus, in quo delictum ſiue iniuria non reſpicit principaliter dominum, & tamen vaſallus priuatur feudo, & feudum deuoluitur ad dominum, excluſis agnatis omnibus: Quando ſcilicet vaſallus requiſitus, vt aſſociet Imperatorem proficiſcentem Romam, pro ſuſcipienda Corona Imperij, fuit contumax, & inobediens. Ita dicit gloſſ. in cap. 1. §. fin. in gloſſ. fin. de pace iuramen. firman. licet in libro meo ſit ſua Rubrica de allodijs, & male, quam gloſſ. ſequuntur communiter Scribentes, vt dicit Curt. iun. in dicta quinta parte, in 1. concluſione, columna ſecunda, verſic. primam. quam tamen ego non ſequerer in feudo antiquo, quod eſſet ex pacto, & prouidentia, vt ſupra dixi.

QVÆSTIO LXVII.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ingratitudo Prælati an noceat Eccleſiæ.*

Ex Additionibus.

1 *An, & quatenus propter ingratitudinem Prælati feudum reuertatur ad dominum.*

ADDITIONES.

a PRopter ingratitudinem.] Aduerte ad vnum, quod nec pares curiæ, nec iudex ſecularis poſſunt eſſe iudices, dixi ſupra ad q. 60. in contrarium tamen vide per Clarum inf. q. 90. verſ. ſed quid ſi dominus. *Giach.*

An propter ingratitudinem prælati, &c.] Feu-
1 dum ad menſam†prælati pertinens felonia ipſius amittitur; & domino, ſaltem quamdius is Prælatus in viuis, & adminiſtratione eſt, applicatur: eo verò mortuo, ſiue remoto ad ſucceſſorem eius in prælatura reuertitur. Ita præter Clarum noſtrum ſcribunr, & ſentiunt Gloſſ. Beluiſſ. Iſern. Bald. Laudenſ. Aluarott. Præpoſit. Rauenn. Afflict. Schench. Baro, Balzaranus, & alij in capit. primo. §. final. de capitulis Corradi, titul. 40. libro ſecundo. F. Iacobus Ardizon. in Summ. titul. quibus mod. feud. amitt. rubr. 63. Capyc. in inueſtitur. feudal. cap. feudariorum delicta, colum. 2. §. prælati delictum pagin. 156. Duaren. de feud. c. 15. num. 6. Hanneton. de feud. lib. 3. cap. 10. & alij, quos refert Roſenthal. in tract. iuris feud. c. 10. concl. 3. vbi illud explanatius pertractat. *Harprec.*

QVÆST. LXVI.

1 a *QVæro, an propter* [a] *ingratitudinem Prælati feudum conceſſum eccleſiæ, reuertatur ad dominum? Reſp. quod ſic: ſolummodo tamen ad vitam ipſius Prælati ingrati, & quatenus ſpectabat ad eius menſam. Ita tenent omnes Scribentes vbique, vt dicit Molin. in conſuet. Pariſ. feud. §. 30. nu. 62. vbi etiam dicit, quod ita obſeruatur. Et eſt iudicio meo rationi conſentaneum ne Eccleſia, & ſucceſſor ſine culpa ob alterius ingratitudinem damnum patiantur.*

QVÆSTIO LXVIII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Dominus, qui non facit iuſtitiam vaſallo, an priuetur proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Quibus ex cauſis vaſallus priuatur feudo, ex iiſdem dominus priuatur proprietate.*
2 *Statutum in vno correlatiuorum extenditur ad aliud.*
3 *Dominus proprietate priuatur, ſi vaſallo non fecerit iuſtitiam.*

ADDITIONES.

a *Nvnquid dominus, qui non facit iuſtitiam, vaſallo, priuetur proprietate.*] Illud hoc loco notãdum, quod
1 quib. † ex cauſis vaſallus feudo priuatur ex iiſdem à parte domini cõtingentibus, dominus proprietate priuetur, per text. in c. 1. §. domino. ſi de feu. defuncti contentio ſit inter dom. & agnat. vaſ. tit. 26. & in c. 1. qual. dom. propriet. feud. priuet. tit. 47.
2 lib. 2. F. Borch. in Cõment. in conſuet. feu. c. 8. n. 133. Sunt † etenim dominus, & vaſallus relatiua, ac correlatiua: & ſtatutũ in vno correlatiuorum extenditur ad aliud. l. vlt. C. de indict. viduit. tollen. l. 1. C. de cupreſſis. Hinc rectè affirmatur, dominum
3 † feudi proprietate, quã in feudo habet, priuari, ſi non faciat iuſtitiam vaſallo. c. 1. in fin. de milit. vaſal. qui cõtum. eſt, gl. in c. 1. §. 2. verſ. porrò, verb. iuſtitiam, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. tit. 24. lib. 2. F. Quam glo. referunt, & ſequuntur poſt Clarũ hic, Borch. d. c. 8. in Epit. feu. par. 10. n. 82. Vult. lib. 1. de feu. c. 11. nu. 52. pag. 767. & alij. *Harprec.*

QVÆST. LXVIII.

1 a *Quæro, nunquid* [a] *dominus, qui non facit iuſtitiam vaſallo, priuetur proprietate feudi? Reſp. quod ſic. Ita tenet gl. in c. 1. item qui domino, in verbo, Iuſtitiam. quæ fuit prima cauſa benef. amit. & illam gl. Doctores ſequuntur, vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Dictique vaſalli, el 1. nu. 24. Ex quo. n. ex tali cauſa vaſallus priuater feudo, vt eſt tex. expreßus in d. §. in qui domino. pariter etiam dominus debet proprietate priuari, quod tamen argumentum mihi non placet, vt ſæpe dixi.*

QVAESTIO LXIX.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Dominus negans inueſtire vaſallum de feudo, an cadat à proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Sicut vaſallus feudum amittit, qui inueſtituram intra annum, & diem non petit: ita dominus proprietatem feudi perdit, ſi vaſallum inueſtituram petentem, intra legitimum tempus non inueſtierit.*

ADDITIONES.

a *Dominus denegans inueſtire.*] Occurrit notabilis quæſtio, An Imperator poſſit imponere onera locis prius in feudatis retenta infidelitate, & maximè quãdo imponit onera pro neceſſitate belli. Vide per Cæphal. conſil. 154. *Giach.*

An dominus denegãs inueſtire vaſallum, &c.]
1 Quod † ſicut vaſallus feudum amittit, qui inueſtituram intra annum, & diem non petierit; ita dominus quoque Proprietatem feudi amittat, ſi vaſallum, inueſtituram petentem, intra annum, & diem non inueſtierit, arguit gloſſ. in cap. 1 in fin. per quos fiat inueſtitur. & ibi Bald. Iacob. de Beluiſo, Aluarot. & alij. Syluan. de feud. recogn. quæſt. 30. Vvrmbeſer. in practic. obſeru. tit. de feud. obſeru. 30. Hartmann. Hartmanni in practic. obſeruat. tit. de feud. obſer. 9. circa medium. Rolandin. à Valle conſil. 18. nũ. 22. volum. 1. Vulteius libro primo de feud. capit. 11. nu. 52. verſ. hinc eſt. pagin. 767. Borcholt. in Comment. in conſuetud. feud. cap. 8. nu. 135. & monitum ſupra ad quæſt. 49. num. 7. *Harprec.*

QVÆST. LXIX.

a 1 *Quæro, an dominus* [a] *denegans inueſtire vaſallum, qui tempore debito petijt ab eo inueſtituram, cadat a proprietate feudi? dixi ſupra q. 49. verſ. Sed quid ſi vaſallus.*

QVAESTIO LXX.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Dominus an teneatur iurare fidelitatem vaſallo, ſicut vaſallus domino.*

Ex Additionibus.

1 *An dominus vaſallo fidelitatem iurare teneatur.*
2 *Libertus patrono ſuo iurat: non item patronus liberto.*

ADDITIONES.

a *Nvnquid dominus teneatur iurare fidelitatem vaſallo.*]
1 Quod † dominus ad præſtandum vaſallo ſuo fidelitatis iuramentum obligatus non ſit, crebrior, veriorque eſt ſententia. Tum quia feudorum placitis cautum nõ extat, vt & dominus de fidelitate vaſallo promittat, teſte hic Claro no-
2 ſtro. Tum † etiam quia licet patrono ſuo iuret libertus: huic tamẽ ille iurare nõ tenetur, l. qui bona 13. §. pen. ff. de damn. infect. Atque ita ſentiunt Petr. Rau. Martin. Laud. Frid. Sch. in tit. 6. de for. fidel. lib. 2. F. Iac. de S. Georg. in tract. de feu. in verb. qui quidẽ inueſt, n. 16. Afflict. decif. 265. nu. 3. & 4. Euer. in Top. legali. in loco à correlatiuis. nu. 11. eoſq. referẽs D. Collega Bocer. in tract. de inueſt. feu. c. 4. n. 47. Neq; refragatur text. in d. tit. 6. §. ult. lib. 2. F. ubi expreſſum eſt, quod & dominus uaſallo ſuo fidelis eſſe debeat. Iubetur. n. dominus eo loco fidelis eſſe uaſallo ſuo: at ei ſit ſimiliter promittat fidel. non cauetur D. Boce. d. c. 4. n. 48. *Harp.*
b *Vt vaſallus domino.*] Licet dominus, & uaſal. ſint correlatiua, & quod ſtatuitur ĩ uno, intelligatur ẽt ſtatutũ in alio: hoc tñ fallit in homagio, & fidelit. quã præſtat uaſallus domino, ſecundũ Boer. in comm. ad conſuet. Bitur. in tit. de feud. §. 15. in gloſſ. ult. *Gou.*

QVÆST. LXX.

a 1 b *Quæro, nunquid* [a] *dominus teneatur iurare fidelitatem vaſallo, vt vaſallus* [b] *domino? Reſp. quod non. Et ita tenent communiter Doct. vt dicit Iacob. de feud. in verbo, Qui quidem inueſtiti, nu. 16. Licet enim dominus æquiparetur vaſallo; tamen hæc equiparatio non ſemper procedit, vt in nonnullis exemplis ibi demonſtrat Iac. Cum ergo non reperiatur iure cautum; quod dominus vaſallo fidelitatem iuret, neque nos id dicere debemus, & ita ſeruat totus mundus.*

QVÆ-

QVAESTIO LXXI.

SVMMARIA.
Ex Caro.

1 *Dominus alienans vaſallos inuitos in alium, an priuetur proprietate feudi.*

Ex Additionibus.

1 *Dominus alienans vaſallos inuitos, proprietatem feudi amittit.*

QVÆSTIO LXXI.

1 a *Quæro, an dominus* [a] *alienans vaſallos inuitos in alium priuetur proprietate feudi? dixi ſupra q. 28. verſ. Sed quæro.*

ADDITIONES.

a 1 *An dominus alienans vaſallos inuitos, &c.*] Quod dominus alienans vaſallos inuitos in alium, proprietate feudi priuetur, ſatis cõſtat ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra ad quæſt. 28. num. 1. Eaque de re, poſt plures alios a ſe citatos, latiſſime diſſertant Henricus a Roſenthal. in tract. iuris feud. c. 9. membr. 1. concluſ. 62. *Harprec.*

QVAESTIO LXXII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Proprietas feudi, quando dominus illa priuatur, cui applicetur.*

Ex Additionibus.

1 *Domino proprietatem amittente, cui nam ea applicetur.*

ADDITIONES.

a 1 *Cui illa applicetur.*] Domino † delinquẽte, & proprietatem amittente, cui nam ea ſit applicanda & concedenda, poſt Clarum hic noſtrũ, & alios, quos referunt, exquiſite, & copioſe explicant Ioan. Botcholt. in Commentar. in conſuet. feud. c. 8. nu. 153. & Roſeuthal. in tract. feud. cap. 11. concluſ. 1. & multis ſubſequentib. *Harprec.*

QVÆST. LXXII.

1 a *Quæro, quando dominus propter aliquam eius culpã priuatur proprietate feudi, cui* [a] *illa applicetur, an vaſallo, an ſuperiori domino, an agnatis ipſius inferioris domini? Reſpo. quod in hoc variæ fuerunt opin. Doct. Sed gloſſ. in cap. 1. gloſſ. 1. quali. do. feud. prop. priue. tenent, quod directũ dominum conſolidetur cum vtili, & ſic, quod applicetur vaſallo. Et dicit Sylua. de feud. recognit. q. 32. quod hæc videtur receptior opin. Ego credo, quod hæc opinio non ſit vera, & forte etiam non ſit communis, neq; obſeruetur in practica, & ideo ſemper tenui, quod ſi iſte dominus habet alium dominum ſuperiorẽ, applicetur illi domino ſuperiori, niſi adeßent agnati iſtius domini inferioris, qui eßent vocati ad ipſum feudum ex tenore inueſtituræ: nam eo caſu crederem feudum ad ipſos deuolui. Si vero non adeſſent neque agnati, neque dominus ſuperior; bene poſſet procedere illa op. quod ſcilicet conſolidaretur directum cum vtili. Et ſuperioribus annis cum quidam Marchio fuiſſet priuatus feudo, propter iniuſtitiam erga ſubditos, conſuluerũt multi Doctores, quod feudum erat applicandum agnatis, qui erant vocati ex tenore inueſtituræ, non autem Cæſari. Et ita credo fuiſſe iudicatum per Conſilium Cæſareum.*

QVÆSTIO LXXIII.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Femina an ſuccedat in feudo.*
2 *Ecquid ſi bona non ſint feudalia, habeant tamen annexam dignitatem, & iuriſdictionem.*
3 *Et quid ſi expreſſe ſin vocatæ feminæ in inueſtitura.*
4 *Et quid interſit, an inueſtitura concepta ſit per verba,* maſculis & feminis, *vel* maſculis cum feminis.
5 *Et quid ſi feudum fuerit a principio conceſſum feminis.*
6 *Et quid in feudo empto.*
7 *Et quid in feudo pro quo nullum ſeruitium preſtatur.*
8 *Et quid ſi ſeruitium ita poſſit præſtari per feminam, ſicut per maſculum.*
9 *Et quid ſi ſtatuto, vel conſuetudine introductum fuerit, vt feminæ in feudis ſuccedant.*
5 *Feudi ſucceſſio pendet à domini concedentis voluntate.*
6 *Vaſallus, inter pares eiuſdem curiæ officio iudicis fungitur.*
7 *Filia vaſalli, quantumuis armis adſueta, in feudũ non ſeccedit.*
8 *Idem iuris eſt, etiamſi feudum generaliter primo acquirenti, & eius hæredibus fuerit conceſſum.*
9 *Appellatione hæredum in feudis qui intelligantur.*
10 *Femina à feudi ſucceſſione excluditur, licet illud alicui, & hæredibus eius quibuſcunque datum.*
11 *Dictio* quibuſcunque *ad perſonas habiles reſtringenda.*
12 *Quod feudum dicatur hæreditarium, ſecundum communẽ opinionem.*
13 *An feminæ in eccleſiaſticum feudum ſuccedant.*
14 *Quibus caſibus etiam feminæ ad feudi ſucceſſionem admittantur.*
15 *Quorundam incluſio eſt aliorum excluſio.*
16 *Fidelitatis capitula feminis non conueniunt.*
17 *Quo caſu eccleſia indigeat auxilio virorum.*
18 *Ius ſuccedendi in eccleſiaſticum feudum per conſuetudinem feminis tribui poteſt.*
19 *Ecquid mulier in feudum emptitium ſuccedat.*
20 *Feudum in vna ſui parte alteratum, in ceteris ſuam naturam retinere.*
21 *Nunquid femina ſuccedat in feudum francum.*
22 *An femina patri ſuo ſuccedat in feudum, pro quo ſeruitium eiuſmodi eſt præſtandum, quod femina non minus decenter, ac maſculus, explicare poteſt.*

Ex Additionibus.

1 *Iure feudali regulariter maſculi tantum ſuccedunt.*
2 *Femina ab omnibus ciuilibus officijs ramota, munera militaria obire nequit.*
3 *Mulier virorum cœtibus ſe immiſcere non poteſt.*
4 *Eandem mulier ob ſexus fragilitatem ſecreta ſibi commiſſa retinere haud valet.*

ADDITIONES.

a *Femina.*] Hic nota, quod femina a feudo pluribus rationibus videtur excluſa, quam ſit clericus, vt per Socin. poſt alios quos, citat conſil. 257. numer. ſecundo item quod femina excludatur commnniter à ſucceſſione feudali, quia incapax, communem plene dixi in collect. mea cõm. opin. in verbo, Femina, vbi vide num. 12. & multis ſeq. & num. 10. & num. 11. ubi limitauit. Et quinque rationes, ob quas regulariter feminæ excluduntur a feudo, aſſignat Bald. in l. quoties, C. de ſuis, & legit. *Giach.*

1 *An femina ſuccedat in feudo.*] Iure † feudali regulariter maſculos tantum non etiam feminas ſuccedere indubitatum eſt titul. 1. §. hoc autem notandum 3. titul. 8. de ſucceſſione feudi, §. filia uero. libr. primo F. tit. 11. de ſucceſſ. fratrum. §. 1. uerſ. ad filias uero. & tit. 50. de natura ſucceſſ. feudi. libro 2. Huiuſq; ratio uaria, & multiplex afferri ſolet I.
2 Quia † femina ab omnib. ciuilib. officijs remota eſt. leg. 1. §. 1.

QVAEST. LXXIII.

1 *Quæro, an feminas* [a] *ſuccedat in feudo? Reſpondeo quod regulariter non ſucce-*

&